

4. & à Pio. 5. & à Sixto. 5. adepta est, di&e con-  
 cessiones, & alię multe sunt ab his Summis  
 Pontificibus, dicto Ordini condonata : ideo  
 licuit tantum in presentiarum concessiones  
 horum Ecclesię Patrum referre.

3 ¶ Pius. 4. Pontificatus sui anno 6. quarto  
 Kalendas Augusti, ad instantiam inuictissi-  
 mi Regis Philippi Hispaniarum. 2. huius no-  
 minis, omnia & singula priuilegia immunita-  
 tes, exemptiones, & prerogatiuas, indulta tem-  
 poralia, fauores & gratias Ordinis, & singu-  
 lis, & cuius Monasterio, per quoscunq; Ro-  
 manos Pontifices predecessores, ac per se, &  
 Sedem Apostolicam, eiusq; Legatos, & Nun-  
 tios in genere, vel in specie concessa ad  
 omnia & singula Monasteria Ordinis, tam  
 virorum quàm mulierum, quibus in spe-  
 cie concessa non sunt, & in quibus alię  
 cause concessionis, & indultorum prædic-  
 torum alias, quàm vt præfertur suberant,  
 ad id, vt ipsa Monasteria illis pariformi-  
 ter uti, frui, & gaudere possint, & de-  
 berent, perinde ac si eis specialiter con-  
 cessa fuissent auctoritate Apostolica ex-  
 tendit, & ampliauit, illaque inter omnia